

In bulla Missalis.

1. unum debere esse ritum Missae celebrandae: nisi aliquis ritus sit antiquior ducentis annis, quod dicitur propter Dominicanos.

2. iubet Pontifex, ritus Missalis observandos ab omnibus sacerdotibus, sive saecularibus, sive regularibus, quamvis exempti sint privilegio Sedis Apostolicae.

3. iubet, ritus huius Missalis non mutari ullo modo.

4. iubet, ut non solum presbyteri in missis privatis, sed etiam in missis cantandis, regulas huius Missalis observent.

In rubricis.

Primo, in capite, De ingressu sacerdotis ad altare. In Missa solemni sacerdos medius inter diaconum et subdiaconum, facit cum ipsis confessionem.

2. In capite De introitu, iubetur, ut in Missa solemni fiat incensatio, et significatur, quod sit officium sacerdotis, quod diaconi et quod subdiaconi in incensatione altaris: et nulla adhibetur exceptio. Proinde in missa solenni non potest omitti incensatio.

3. In titulo, de Oratione, circa finem, dicitur: in missa solenni, à Diacono Flectamus genua, et à Subdiacono, Levate.

4. In titulo, de epistula, et aliis usque ad offertorium, distribuuntur officia inter diaconum et subdiaconum in missa solenni; et nulla additur exceptio. Ibidem dicitur, ut incensum ponatur in thuribulum, et incensetur liber evangelii. ~~Missam sine diacono et subdiacono, tunc sacerdos canat Evangelium;~~ ^{incensum ponatur in thuribulum, et incensetur liber evangelii.}

Ibidem dicitur, ut si quando sacerdos canat missam sine diacono et subdiacono, tunc sacerdos canat evangelium, et in fine, Ite missa est.

Sed hoc intelligitur, quando non adest copia ministrorum, ut in villis; non autem ubi superabundant ministri, ut apud nos quando Pater Generalis canit missam in ecclesia domus professae, vel Rector in ecclesia collegii.

et Ite
Missa est.
Exaeten

Opp. NN. 30
249a f. 82

5. In titulo de offertorio, iterum agitur de incensatione, et officio diaconi et subdiaconi in missa solenni; nec ulla ponitur exceptio

Itaque Societas abundat in multitudine ministrorum cum superpelliceis: plures enim habet, quam Ep vel P; deficit in incenso, et in diac qui cantet Ev